MISSALE ROMANUM
Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh. Seite 160v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

draginta quatuor milia. qui empti sunt de terra. hi sunt qui
cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines enim sunt. hi se
cuntur agnum. quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus pri
micie deo et agno. Et in ore ipsorum non est inventum mendacium.
Sine macula sunt ante thronum dei. Secundum matheum
In illo tempore. Angelus domini apparuit in sompnis dicens. Surge
et accipe puerum et matrem eius. et fuge in egyptum. et esto i
bi usque dum dicam tibi. futurum est enim ut herodes querat
puerum ad perdendum eum. Qui surgens accepit puerum et
matrem eius nocte. et secessit in egyptum et erat ibi usque ad obi
tum obitum herodis. ut adimpleretur quod dictum est a domino
per prophetam dicentem. Ex egypto vocavi filium meum. Tunc herodes
videns quod illusus esset a magis. iratus est valde. Et mittens oc
cidit omnes pueros. qui erant in bethleem. et in omnibus fini
bus eius. a bimatu et infra. secundum tempus quod exquisierat a
magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Iheremiam
prophetam dicentem. Vox in rama audita est. ploratus et ululatus
magnus. rachel plorans filios suos noluit consolari quia non sunt.
Fratres. Quanto tempore heres parvulus infra nat. ad Galathas.
est. nichil differt a servo. cum sit dominus omnium. sed sub tu
toribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a patre. Ita et
nos cum essemus parvuli. sub elementis mundi eramus servientes.
At ubi venit plenitudo temporis. misit deus filium suum factum ex
muliere factum sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret.
ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii dei. misit deus
spiritum filii sui in corda vestra. clamantem abba pater. Itaque iam non
est servus sed filius. Quod si filius et heres per deum. Secundum lucam
In illo tempore. Erat ioseph et maria mater ihesu mirantes. super